

Praeclarum valde multis expetitur, paucis
 concessum, mihi vero iam dudum votis omni-
 nibus optatissimum ab te Domine Lex-
 illustris acceptum beneficium in eam me
 obligationem induxit ut aliqualem gra-
 tulari animi significationem ostende-
 rem. Sed quae mentis acie concipi, quo vo-
 luntatis affectu estimari, quibus verbis ex-
 primi unquam poterit singularis admo-
 dum tua dignitas, qua me nullis meritis
 gratam in laudatum satis nunquam, mille
 vero titulis mihi percolendum tuorum so-
 dalium ordinem adscripsisti. Duo tantum
 eaque plurimum tanti honoris magnitu-
 dinem innuere fortasse poterunt: alterum
 incomparabile donum, quo me prosequi
 solvisi: alterum vero maximum decus
 quo me allectum simul, atque designatum
 in perpetuum ad habendas, referendasque
 debitas, impares licet, gratiarum actiones
 adstrinxisti. Primum nihilominus non
 mea interest explicari: Sed eorum omnium,
 qui tantae sodalitati, tamque eximiae Acad-
 miae nomen, fructum, et singulare in unive-
 sam de republicam beneficium audiverint
 perceperint, exploraverint, ut quo preclaris

rem tui laudem decantarent, eo maius esse
tuum exga me beneficium, ostendisse vide-
antur. Merum tamen est gratissimum non
secus, ac suavisimum gratitudinis pondus
a me nunquam, quantum meum vi-
um permittit imbecillas, abiciendum
quasi atlanticis humeris sustinere. Quan-
doquidem vero Regio ista Illustrum admo-
dum, atque doctissimorum virorum Ceu-
condignam, non quidem rependere, sed os-
tendere voluisse gratitudinem nulli un-
quam hominum aliter licuit, quam si
se, suaque omnia tibi dedicans dignitatem
ipsam, qua te factus est dignus, iterum con-
secraret: alia, quae tale, tantumque benefi-
cium explicet, nisi tibi iterum tuum Donum,
decusque meum offeram, melior a me fieri
non potest compensatio. Accipe igitur in
grati animi pignus donum ipsum, quo me
honestate dignatus es: ut eo nusquam utar
nisi in tui gratiam, in tui obsequium, in
tui cultum, et famulatum. Accipe decus, offi-
ciumque meum, quo tibi obsequi, teque ve-
nerari digre vellem, si possem. Et mea om-
nia iam non mea, sed tua sunt, atque me
tibi ipsum devinctissimum habes, quem ac-
tissimis beneficiorum vinculis adstrinxis.

2. Reliquum est, ut Deus. O. M te incolumem
servet, atque ad eum honoris apicem, quo tua
te merita dignissimum affecerunt, ereheat
quod sup^{er}ius exoro precibus. Cetera Augus-
te 27. Februarij an. 1748.

Dominationis tuae
affectuissimas servos

J. Josephus Marquet & Fillebert